In Gymnasij denique Nostri Præceptores si respicimus
sunt utique tales, qui nostris commodis, quibus nihil est a
prius vel antiquius inservientes docent diligenter non
perfunctorie et obiter, docent dexterrime non perturbate
et confuse, quique ita vivunt, ut cum Doctrina vita res-
deat neque necesse sit in his illud, quod dicitur culpare: i
Doctrinam tradunt, mores relinquunt. Quare si Musæ
nostræ Nissiacæ a pietatis hoc Officio, quod Votis Con-
ficiendis, inscribendis, signandis, solvendisque consistit, divort-
facerent hodie, ingratæ omnino essent ne dicam im-
ac profanæ. Profanæ utique essent, si alluderent a mo-
undiquaque receptissimo, impiæ, quod tamen jubeat pietas
suadeat religio. Sic et omnino ingratæ profanæ imo
impiæ essent, si alterum illud Pietatis officium præter-
mitterent, quod in Strenarum oblatione consistit, quum
itidem mori satis antiquo ac consuetudini satis passim
receptæ adversarentur, refragarentur. Circumspicien-
vero mihi summaque animi contentione inquirenti cui ego
hodie nomine Musarum Nissiacarum jussus potissimum
strenam dedicarem adeo multæ atque ancipites sese men-
ti objiciebant viæ, ut quo me tandem verterem aut
quid dicerem vix ac ne vix quidem reperirem: Denique
tamen, cum rem ultro citroque pensitarem, convenire
hoc nostris Musis deprehendi, ut præ omnibus Sere-
Elect. Sax. Joh. Georg. II. Strena humillime dedicaretur
et arripui proinde hoc, quod illis ex æquo conveniret
et porro cogitare coepi quid Strenæ loco reponi com-
commodissime possit aut debeat. Succurrit tunc quum
animum exercitorem in consilium vocarem Ruta tan-
quæ humillime offerretur. Sic jam Ruta est Ruta
inquam est, quam semper virentem ad pedes Serenissimi
atque ac Potentissimi Principis et Domini, Domini Joh.
Georg. IIdi, Ducis Sax. Jul. Cliv. Mont. S. R. I. Arch. Marsch.
et Octoviri August. Landgrav. Thuring. Marchionis Misn.
nec non utriusque Lusatiæ Burggravij Magdeburgici, Com-
tis Marcæ ac Ravensburgi Dynast. Ravenst. etc.
Principis ac Domini Clementiss. Patris Patriæ indulgen-
tissimi humillimo obsequio Strenam repono.
Ante vero, quam in hac Oratiuncula mea cursu velo
expandam per tuam te summe Princeps ac Pater communis
nostræ Patriæ augustissime, qua natura donatus es, Cle-
mentiam supplex oro, rogo, obsecro, ut non tam juxta
pervulgatum Oratorum hujus seculi morem, quem in-
dulis servant ceu legem me perorantem quam pro
ingenioli tenuitate, judicij imbecillitate, quem novi ut
ungues digitosque meos balbutientem audire, gratiosque
suæ Zephyro inchoatam jamjam balbutiem sublevare
clementissime velis, serena fronte ac placido vultu
non tam ad id, quod Strenæ loco reponitur, quam
ad mentem humillimam offerentis gratiosissime respectu